iecthia de hierusalem. fecitque quod erat placi[tum]
coram domino. iuxta omnia quae fecit amasias pater suus. [veru]
tamen excelsa non est demolitus adhuc populus sacri[fi]
cabat et adolebat incensum in excelsis. percussit autem d[ominus]
regem. et fuit leprosus usque in diem mortis suae: et h[abi]
tabat in domo libera seorsum. ioatham vero filius re[gis]
gubernabat palatium. et iudicabat populum terrae.
Reliqua autem sermonum azariae et universa quae fecit
Nonne haec scripta sunt in libro verborum dierum regum iu[da]
Et dormivit azarias cum patribus suis sepelierunt[que]
eum cum maioribus suis in civitate david. et regnavit
ioatham filius eius pro eo. Anno tricesimo octavo
azariae regis iudae regnavit zaccharias filius
hieroboam super israhel. In samaria sex mensibus et
fecit quod malum est coram domino sicut fecerant patres
eius non recessit a peccatis hieroboam filii nab[at]
qui peccare fecit israhel. Coniuravit autem contra e[um]
sellum. filius iabes. percussitque eum palam et interfecit
Regnavitque pro eo. Reliqua autem verborum zaccha[riae]
Nonne haec scripta sunt in libro sermonum dierum [re]
gum israhel. Iste est sermo domini quem locutus est ad h[ieu]
dicens filii tui usque ad quartam generationem sedebunt

License: cc-by-nc – St. Gallen, Stiftsbibliothek St. Gallen, Cod. Sang. 46, 2 – Old Testament, 2 Kings 14:22-15:12 (https://fragmentarium.ms/view/page/F-1b88/1330/18121)